

QUESTIO VI.

Quare Christus Dominus increpans Petrum, hic Satanam vocat?

39 Origen. Paschal.

Math. 4. Iansen. Caietan. An eadem verba sint dicta Petro, ac diabolo.

Thom.

40.

Hilarius. Chrysol. Theophyl.

41. Vera sententia. 3. Reg. 5.

Hieron. August. Chrysol. Paschal. Euthymius. Theophyl. Beda. Carthuf. Alb. Magnus. Thom. Abulens.

Caietan.

42. Cyrillus.

Qui nos à recto vult denotare, non ut amicus, sed inimicus habentur.

43. Chrysol.

Ecce adnotantur Origenes tract. 2. in Matth. & D. Paschasius lib. 8. quod Dominus suscipiens Petri affectum, ignorantiam autem exprobrans dixit, Vade post me Satana. An verò Christus iisdem verbis Petrum hoc loco, & diabolum Matth. 4. num. 10. repulerit: dabitur. Iansenius, & Caietanus, dictum contendunt etiam damoni, Vade post me satana. Sed in nostra Biblia correcta iussu Romani Pontificis tantum habetur dictum diabolo, Vade Satana; at D. Petro, Vade post me satana. Pro quo subiicitur verba D. Thomæ, commentantis ea, quæ hic dicuntur Petro. Non, ut plerique putant, ait, eadem Satanas, & Petrus sententia condemnatur: Petro enim dicitur, Vade retro me satana, id est sequere me, qui contrarius es voluntati mee: ille audit, Vade satana, non ei dicitur retro, ut subaudiatur, vade in ignem eternum. Vide quæ dixi tom. 1. lib. 3. cap. 3. quæst. 41.

Quare Christus Dominus in præsentem magnum Petrum vocavit satanam, inquit nostra quæstio. D. Hilarius, hic, & D. Chrysol. ser. 27. docent sic dictum, quia à Satana instigatus fuerat, ut illa diceret, Absit à te Domine, &c. Theophylactus videtur innuere, sic nuncupatum, quod eadem, ac satanas, seu diabolus volebat, ut Christus non pateretur.

Communis, & vera sententia est, Quod Satan est nomen commune, & Hebraico idiomate propriè significat aduersarium: Non est satan, neque occurfus malus. 3. Reg. 5. n. 4. id est aduersarius, qui impedit templi fabricam. Dicitur autem Petrus à Christo Domino Satan, id est aduersarius, quia eius verbis resistebat, suæque moriendi voluntati contrariebat. D. Hieronymus. Satanas interpretatur aduersarius, siue contrarius; quia contraria, inquit, loqueris voluntati mee, debes aduersarius appellari. Idem docent D. Augustinus Ser. 13. de verbis Domini secundum Matth. D. Chrysol. D. Paschasius, Euthym. Theophylactus, Beda, Carthusianus, Albertus Magnus, S. Thomas, Abulens. q. 111. Nam quamuis modo apud nos satan sumatur per appropriationem, ac antonomasiam pro aduersario generis humani, scilicet Diabolo; tamen Hebraicè, quo idiomate Christus est locutus, significat in genere aduersarium; Omnis enim, qui aduersatur, Satanas dicitur, vt ait Caietanus. Moraliter alias ationes subiicit.

Secundò D. Cyrillus Alexandrinus lib. 12. in Ioan. cap. 28. Discimus inde, ait, quando tempus ad certamina vocat, ne si ipsi etiam, qui charissimi nobis sunt, prohibeant, turpe forsitan putantes, mentem villo modo illis adhibeamus: Non enim à Satana differi, qui scandala ponit, Intendebat Petrus prohibere Dominum à Crucis victoria, & gloria, à Patrisque sui imposito adimplendo præcepto; tunc ille, non ut amicus, consideratur, sed tanquam inimicus, aduersarijque reicitur. Vt hoc nobis sit documentum, quod si amicus, vel consanguineus à recto ob aliquod commodum temporale nos retrahere affectet, illi à nobis sint, non tanquam amici, aut consanguinei, sed crudeles aduersarij reputandi, indeque à similibus fugiendum, & declinandum.

Tertio D. Petrus Chrysol. serm. 27. Respondens

Petrus, ait, non erit tibi hoc. Venenim quam dulce serpentis: ante facit militem regis sui negare victoriam; seruus ipse Dominum quam negaret. Vnde Dominus seruum post se mittit, Vade post me. Diabolus suggererat Petro, vt Crucem ac mortem Domino impediret, crucifixumque ab eius mente excludens ipsius regis victoriam denegaret, & inde ad negationis nefas disponderetur. Ante facit, militem regis sui negare victoriam, seruus ipse Dominum quam negaret. Ob quæ Dominus in eum grauiter insurgit, durèque increpat, Vade post me Satana, scandalum es mihi. Docens nos, quod nunquam mentem nostram à Christo Crucifixo, eiusque morte separemus, ne inde in nobis prauæ dispositiones ad malum generentur, quæ nos in omne nequitia baratrum demergant; ad quas omnes euellendas efficax medicamentum mortis, ac passionis Christi meditatio.

Quartò Dicit aliquis, quod maior vis, & energia secundum speciem inest in his verbis modò hic dictis Petro, quam in illis Damoni præfatis in deserto Matth. 4. num. 10. Vade Satana. Nam hic dicitur Petro, scandalum es mihi. Cur hic tam durè increpat Petrum? Diabolus per se ipsum tantauerat Dominum in deserto, hic autem suggererat Petro verba illa, vt diceret, Absit à te Domine; vt docent D. Hilarius, D. Chrysol. qui etiam tenent, illud dictum, satana scandalum es mihi, ad diabolum referendum, vt ex citatis Patribus annotaui in expositione: inde Dominus tam asperè, ac feuerè in ipsum inuehitur. Magnum documentum morale nobis præbens, plus timendum ab ipso diabolo, cum sub amico nos tentat, quam cum per se omnibus machinamentis nos impetit. Cum sub prætextu familiaritatis decerit, confidentius accedit, utpote bene noscens, quam periculosa sint amicitia arma. Ex quo dixit Boetius lib. 3. de consolatione: Nulla pestis est periculosior ad nocendum, quam familiaris amicus.

Quintò D. Hilarius in Psalm. 131. Memento, Domine, Dauid, sic loquitur. Tanta enim ei Religio fuit pro humani generis salute parienti, vt Petrum, primum filij Dei confessorum, Ecclesia fundamentum, Coelestis regni ianitorum, & in terreno iudicio iudicem cæli, Satana conuicio nuncuparet. Instante morte Domini negat Petrus Magistrum Matth. 26. n. 7. Et tamen tunc non eum tedarguit. At verò modo cum passioni intentat obistere, statim durissimè increpatur. Vade post me satana, scandalum es mihi. Cur hic rigiditas in Petro? Procurabat D. Petrus prohibere diuitias diuini amoris, eiusque summæ charitatis testimonium, quod in morte, quam summè desiderabat, declaratum est. Vnde quamuis tacuerit ad negationis lapsum, dissimulare noluit auertentem à patibulo; sed tunc valde aspera reprehensione suggilauit.

Multa, & præclara amoris signa in suum dilectum diuulgat anima sancta, quòd eum quæsiuerit per noctes in lectulo suo Cantic. 3. num. 1. Quod eum inuitauerit, Veniat dilectus meus in hortum suum Canticor. 5. num. 1. Quòd, cum ipsa dormiret, cor eius super ipsum vigilaret, Ego dormio, & cor meum vigilat. Canticor. 5. num. 2. At nunquam obiurauit filias Ierusalem, vt dicerent dilecto, quòd ipsa, præ eius desiderio, amore tabescebat, seu deficiebat, nisi postquam à custodibus ciuitatis fuit inuenta, qui eam percusserunt, & vulnerauerunt, ac tulerunt pallium suum. Tunc immediatè inquit, Aduro vos, filia Ierusalem, si inueneritis dilectum meum,

Si mens à Christo Crucifixo recedit, in peccata prolabitur.

44.

Matth. 4.

Hilar. Chrysol.

Plus fugiendus diabolus pugnavit per hominem, quam per se.

Boetius.

45. Hilar.

Matth. 26.

Durum diuino amoris, eius respiciationes impedire.

46.

Cantic. 3.

Cantic. 5.

Cantic. 5. Græcus.

Pressuris, ac laboribus probatur amor.

Gillebert.

vt annuntietis ei, quia amore langueo, Canticor. 5. num. 8. seu, vt habet Græcus, Quoniam charitate vulnerata sum. Cur non antea ausa est gloriari de Sponsi amore? Et cur non antea suum sic amorem vult diuulgari? Modo percussa; & vulnerata est, & tunc audenter pronuntiat, Annuntiate ei, quia amore langueo, Iniurias, vulnera, incommodaque pro dilecto tolerare, veri amoris efficax testificatio. arumnarum patientia, amoris præclara probatio; vbi enim tanta est tolerantia, fictio lube esse non potest. Gillebertus serm. 45. in Cantica. Iam exorta sum, ait, iam expoliata sum me ipsa, iam idonea dilecto vestiri: spoliata, exoccupata mens langueo amore, nunciare dilecto, quia amore langueo.



CAPVT VII.

Propria sui ipsius abnegatio.

Matthæi 16 Tunc Iesus dixit Discipulis suis: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.

VERSIONES.

Syriacus. Quisquis voluerit venire post me, abneget animam suam, & baiulet crucem suam, & veniat post me.

Vatabl. Beda. Si quis vult me subsequi, abneget.

Lucifer Carol. Abneget se sibi, & tollat moriendum crucem. pro Dei filio.

S. Sixtus lib. de Abneget semetipsum sibi, Castitate, & tollat.

S. Valer. de bono Tolle crucem tuam, & sequere me.

ALTER TEXTVS.

Marci 8. n. 34 Et conuocata turba cum Discipulis suis, dixit eis: Si quis vult, me sequi, denegat semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.

Luca 9. n. 23. Dicebat autem ad omnes: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me.

EXPOSITIO I.

I. VNC Iesus dixit, finita increpatione D. Petri; adiungit Dominus præsentia. Acti dixisset, Tu, ô Petre, vis impedire meam passionem, meamque crucem: tantum Sylueira in Euang. Tom. I. V.

abest, quòd ipsa sit impedienda, vt tu, & cæteri omnes me in mea passione, ac cruce sequi, & imitari debeatis, æquo animo mortem, ac aduersitates tolerantes, vt saluari possitis, sicut ait Chrysolost. Dixit Discipulis suis, vt exprimit D. Marcus, Conuocata turba cum Discipulis suis, vt notat D. Luc. Dixit ad omnes. Quod ad omnes spectabat, omnibusque erat necessarium, omnibus proposuit, & dixit. Quæ verba, cum sint tam necessaria, vt ait D. Augustinus homil. 47. de Diuersis, Non solum vir, siue mulier, siue is, qui præest, siue is, qui aliter parer: sed vniuersa Ecclesia, vniuersum corpus, vniuersa membra per officia propria distincta, & distributa audire debent. Notandum maxime, quòd immediatè antea cum Petrus excederet modum, obfisteretque morti inquit, Absit à te Domine, non omnes, sed solum Petrum increpat, Vade post me satana. At verò cum hic agitur res omnibus necessaria ad salutem; omnes conuocat, omnibusque dicit. Dicebat ad omnes, Magnum documentum. Cum res ad vnum spectat, qui delinquit, vni loquatur, vnus arguatur; cum verò res cunctis est necessaria, omnibus proponatur, & dicatur.

Chrysolost. Marc. Lucas.

August.

Qui delinquit, corripiendus, quòd omnibus necessarium est, omnibus dicatur.

Si quis vult. Qui modus loquendi, ait Albertus Magnus, denotat, quam rarus sit, qui de salute agit: Multi vocati, pauci electi. Matth. 20. num. 16. Nolite timere pusillus grex. Luc. 12. num. 36. Vult venire post me. Non cogit, non compellit quemquam, sed omnes aduocat, & inuitat. Christus vniciusque post ipsum eundi libertatem relinquit, hæcque sententia eos ad se vehementius allicit; potentior enim est oratio mitis, quam aspera, & violenta. Venire post me, non pedibus, seu gressu corporis, sed imitatione, tenendo, & amplectendo meam doctrinam. Deinde dixerat Dominus supra Petro, Vade post me, nunc, vt notat D. Paschal. & Beda, aperit, quomodo debeant post ipsum venire, nempe abnegando se, & tollendo crucem suam.

2.

Alb. Magnus. Pauci de salute agunt. Matth. 20. Luc. 12.

Paschal. Beda.

3. Chrysolost.

Abneget semetipsum. Tria hic mandat Christus Dominus; vt notat D. Chrysolostomus homil. 56. Abneget, tollat crucem, sequatur me. Abneget semetipsum hoc est se ipsum propriis desideriis, ac appetitibus, qui legi Dei aduersantur, denegat; illis contradicatur, eoque à se abiciatur, & amputer, illisque minimè consentiat. Petrus per nimium affectum obfisterat morti saluatoris: hunc affectum mandat Dominus, vt ipse à se excludat, & reiciat. Syriacus habet, animam suam, hoc est denegat suam voluntatem, ac consensum huiusmodi appetitibus Matth. 10. num. 36. Luc. 14. n. 26. Tollat crucem suam. Crux à cruciando, seu torquendo dicta: æquo animo ferat quilibet crucem suam, nempe quamcumque aduersitatem, ac tribulationem, quam sibi à Deo datam consideret. D. Lucas scribit. Tollat crucem suam quotidie, hoc aduerbium quandam in laboribus denotat perpetuitatem, in quibus significantur multiplices, & variæ tribulationes iustorum, quas Petrus reculat, & ad illas Christus vocat, & exhortatur. Et sequatur me; meo exemplo, qui me ipsum abneget, & crucem meam fero. Descendi de calo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me, Ioan. 6. num. 38. Et de sua morte dicebat Patri: Non sicut ego volo, sed sicut tu. Matt. 26. n. 39.

Syriac. Matth. 10. Luc. 14.

Ioan. 6. Matth. 26.

QUESTIO I.

Quare post increpatum Petrum Christus Dominus immediatè connectit hæc verba: Si quis vult venire post me.

4. ABVIT Christus Dominus sermonem cum suis Discipulis de sua morte, & passione, quod oportebat eum ire Ierosolymam, & multa pati à senioribus, & occidi. Quo audito, D. Petrus eum assumpsit, & increpauit, dicens, Absit à te Domine, non erit tibi hoc, Non enim intelligebat, mysterium nostræ redemptionis in morte, ac passione Christi esse positum. Petro; talia dicenti, durè, ac asperè respondit Dominus, eum reprehendens, seu, vt scribit D. Marc. Comminatus est eum, Vade inquit, post me, satana, scandalum es mihi, vt vidimus superiori cap. Quibus narratis, scribit D. Mattheus, Tunc dixit Iesus Discipulis suis, si quis vult, &c. Valdè notanter Euangelista posuit illud, Tunc, vt magnum mysterium indicaret, sermone historici significaret. Cuius mysterij, ac connexionis verborum præsens quæstio rationem inquirat.

Ratio diffi- cultatis.

5. Primò respondet Euthymius in cap. 16. Matth. Dixit hæc, ait, confirmans, non solum non esse indecens, vt ipse moriatur, sed neque posse quempiam suum esse Discipulum, nisi & ille moriatur. Non fuit Dominus sola Petri increpatione contentus, sed superabundantia ostendit inconuenientiam dictorum à Petro, & fructum suæ passionis esse necessarium. Acti diceret: Tu ô Petre, sic mihi inquis, Absit à te Domine; Ego autem dico tibi, quoniam non solum prohibere me à passione nocuum est, sed nec tu, nec alius, poteris saluari, nisi patiaris, & moriaris. D. Chryostomus homil. 56. in Matth. D. Paschasius. Perbelle D. Basil. Seleucus Orat. 31. Tu Petre, ait, quod mortem recusem, consulis: ego verò tibi consulo, mortem meam vniuersis, crucem subeas, passionem sustineas. Via ad salutem passio, & crux regni reconciliatrix.

Chryost. Paschal. Basil. Seleuc. Passio, & mors via ad salutem.

6. Secundò Abulensis quæst. 115. Potest intelligi, quòd sit doctrina tollens dubium præcedentium, quia supra Christus, increpans Petrum, dixit, Vade post me satana; in quo admonebat delistere à sua intentione, & magis sequi eum, seu ire post ipsum; & quia dubitari poterat, quid erat ire post Christum; ipse aperit, hoc quomodo fiat, dicens: Si quis vult venire post me, Quæ necessaria maximè explicanda.

Abulens. Valdè neces- saria aperte dicenda.

7. Tertiò Christus valdè seuerè increpauit Petrum, cum eius morti obliteret, dixitque ei, Vade post me, satana, scandalum es mihi, quia non scapis, que Dei sunt, sed que hominum, Quod scribens D. Mar. 8. n. 33. ait: Comminatus est Petro, id est rigorosè, ac asperimè eum est interminatus, vt explicauit superiori cap. Et statim, ac immediatè Dominus pronuntiat nostrum Euangelium, vt notat D. Mattheus, Tunc dixit Discipulis suis, Si quis vult venire post me, &c. Quando se tam seuerum, ac rigidum declarabat cum totius Collegij Apostolici, ac vniuersæ Ecclesiæ capite; magno mysterio, tunc leui vultu, suauis, ac blanda voce eructat nostrum Euangelium: Si quis vult, &c. quod valdè vile, ac necessarium ad salutem continet documentum. Vt ostenderetur, quòd Christi Domini ira, optimi parentis, ac veri pastoris furor erat: tantum abest, vt ira patris in filios, ac subditos nocuum est,

Patris ira in pietatem, ac misericordiã conuertitur.

diffundat, quòd exinde omne bonum in eos dimanat, ac pullulat, in eorumque salutifera vtilitate resoluitur, ac sistit. Si enim huiusmodi ira fuisse nouercalis, magnum damnum ex illa formidanda; at cum parentis sit ira procul sit timor; filiorum ignorantiam patienter sustinebit, vt eos in sana doctrina erudiat, eisque viam salutis ostendat.

8. Educens nubes ab extremo terra, fulgura in pluuiam fecit, Psalm. 134. num. 7. Cælum nubibus operit, ignitas congelationes emittit, quas in aquas conuertit. Quis cum viderit fulgura, & corusca, vniuersalem, ac imminem non timeat ruinam: tamen fulgura in pluuiam fecit, quæ humectat, ac irrigat terram: sunt enim fulgura, & corusca è manu patris vibrata, quæ non cadunt, vt consumant, & deuorent, sed vt terram rore repleant, ac fecundent, ad nouos, & vberes fructus producendos. Sic in præsentem per fulgura, minacia Prophetarum verba, verbi gratia, Adhuc & post quadraginta dies, & Ninus subuertetur; interpretatur Brunonius; per pluuias, salutares penitentia aquas, per quas mundantur. Fulgura, ait, sunt prophetarum prædicationes, cum terrendo conuertuntur peccatores: quia pluuiæ sunt, cum diluunt delinquentes à peccatis, & imbrem salutarem infundunt, vnde spirituales fructus germinant.

8. Psal. 134.

Fulgura in operum peccatis Deus vertit.

Brunonius.

9. Duos rapidos, ac vehementes ventos, qui è regione deserti immitti sunt, commemorat Sacra Scriptura. Vnus exprimitur Iob. 1. num. 19. Repente ventus irruit è regione deserti, & concussit quatuor angulos domus; quæ magna ruina statim corruit, & oppressit omnes filios, & filias Iob. Alter refertur ab Osea 3. num. 15. Adducet, inquit, vrentem ventum Dominus de deserto. Suscitauit Dominus ventum vrentem, scilicet gratiam, vt interpretantur D. Cyrillus, Rupertus, Haymon, ad licandum, & abolendum omne peccatum, & vitium, vt spiritualiter in Dei charitate, & amicitia viuamus. Cur apud Iob è deserto venit ventus ad interitum, & desolationem: apud Oseam verò euolat è deserto ad salutem, & vitam communicandam? D. Hieronymus. Neque in Iob scriptum est, ait, quòd ventum de deserto Dominus adduxerit, vt venti, qui domorum fundamenta subuertunt, vtiq; ad bonam partem non poterunt referri, iam aperta est ratio, Cur huiusmodi venti tam dispares producant effectus: nam ventus apud Iob mouetur, & excitatur à spiritu maligno, & demoniaco; at ventus, cuius meminit Oseas adducitur ab optimo, ac beneuolo parente. Nam vbi nostra Vulgata habet, Adducet Dominus, Interlinealis legit, Adducet Pater. Ventus commotus ab aduersario, ac inimico, cuiusnam futurus erit effectus, nisi ingentis ruinæ, & desolationis? Ventus autem excitatus à Patre, quem effectum erat producturus, nisi salutem, & vitam? Quamuis enim huiusmodi ventus sua vehementia aliud forsitan minaretur; tamen, vt parentis ventus, salutiferum tantum rorem dimanat, atque diffundit.

9.

Iob. 4.

Osea 3.

Cyrillus. Rupert. Haymon.

Hieronymus.

Interlin.

Ventus excitatus à Patre misericordiã adducit.

10.

Isai. 1.

Magno furore irascitur Deus contra Istaëlem, quam præ ira Sodomam, & Gomorham vocat. Audite verbum Domini, principes Sodomorum percipite auribus legem Dei nostri, populus Gomorrhæ. Isai. 1. num. 10. statim eorum sacrificia reiecit: non afferatis vltra sacrificium frustra. Deinde eorum orationes repellit. Cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis; & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Et immediatè subdit num. 16. Lauamini, mundi estote, auferite

ferite malum cogitationum vestrarum ab oculis meis: quiescite, agere peruerse; discite benefacere, &c. Et subiungit. Si fuerint peccata vestra, vt coccinum, quasi nix dealbabuntur. Quomodo post tot iræ signa, post tot reprobrosas abiectiones, post tot sacrificiorum, ac orationum repulsa, tot statim amabilem beneuolentiæ, ac pietates? Ira est optimi parentis, qui licet in illa tantisper insurgat, vt filij terrefacti respiciant, ac de commissis doleant; tamen indilate illam deponens, quantum ex furore conceperat, tantum, & multo plus in clementiam, ac pietatem commutat, vt misereatur, ac indulgentiam tribuat. D. Hilarius in Psal. 2. Sequitur terrorem benignitas; ait, & quibus iam vltio criminis debita est, is adhuc superest penitentis conscientia beata confessio. Non statim Deus in ira sua perimit, sed loquitur, & dissimulata poena tantum in indignatione pertinet.

Pater licet irascitur, totum in clementiam vertit.

Hilar.

QUESTIO II.

Quare, cum nemo veniat ad Christum, nisi tractus à Patre, hic dicitur, hoc esse homini liberum.

11. RÆSENS difficultas insurgit ex verbis Christi Domini Ioan. 6. num. 44. Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. Et iterum num. 66. Nemo potest venire ad me, nisi ei fuerit datum à Patre meo. Si ergo nemo potest venire ad Christum, nisi tractus à Patre, quomodo est liberum homini, ad ipsum venire, vt hic dicitur: Si quis vult venire post me? Respondetur, iuxta Catholicam, Apostolicam, ac Romanam doctrinam, quòd hæc duo inueniunt in negotio nostræ salutis; & quòd minime sint inter se contraria, sed valdè consona. Nam requiritur ad hoc libera voluntas, vt consentiat, & veniat; & cum hominis voluntas non sit per se solum potens, & sufficiens, vt ad Christum veniat per fidem, & dilectionem, necessaria est Dei gratia excitans, & adiuuans, quæ cum voluntate concurrat ad credendum, & diligendum absque vlla suæ libertatis læsione: Sicut si quis iuuat alterum ad portandum onus, quod solus non potest, dicitur eum iuuare, non tamen cogere.

11. Ioan. 6.

Ratio diffi- cultatis.

12. Ioan. 6.

Tolerus.

Sed adhuc mihi est quædam difficultas: Quare apud citatum Ioan. cap. 6. vocatio refertur ad Patrem, de eoque solum fit expressa mentio. Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum. At verò in præsentem Euangelio interuentus voluntatis in hoc negotio commemoratur: Si quis vult venire post me? Apud citatum Ioannis locum refertur Patri nostra vocatio, ad Christumque venire; nam citato loco, vt docet ibi Toletus annot. 35. & supra retuli cap. 5. quæst. 15. num. 142. Intendebat Dominus suos Discipulos in humilitate continere, ne aliis recedentibus, ipsi tanquam perseverantes superbiarent. Nam ex ibi data doctrina de admirabili Eucharistia multis scandalizati abierunt retro, & cum Domino non ambulabant. Ne ergo inter tot transfugas, & fidei desertores cum Discipuli in fide perseverarent, & defectionem non cogitarent; ne inde inaniter exultarent, eorum perseverantia, ac persistentia Patri adscribitur. Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum. At verò in nostro præsentem contextu dispo-

nebat Dominus meritum suorum Discipulorum, qui per propriam crucem, & abnegationem eum sequebatur, condecorare, ac sublimare, indeque illud ad voluntatem reducit. Si quis vult venire post me. Ex voluntatis libertate, ac libero consensu insigniter meritum nobilitatur. Quamuis ergo in nostra vocatione, ac iustificatione interueniant simul Dei gratia, ac nostræ voluntatis libertas; tamen Diuinus Magister in sua doctrina aperienda, & explicanda se se occasione, ac temporis accommodat: nam cum iactantia reprimatur, negotium Patri refertur; cum verò meritum sublimatur, voluntati adscribitur.

Magister optimus dat doctrinam rem. per, & loco proportionatam.

13. Maximè ponderandus loquendi modus, qui forsitan alicui videbitur diuersus, cum sit valdè consonus, quem habuit Paulus in Epistolis suis ad Corinthios, ac habuerunt Prophetæ in suis proclamationibus ad populū. Nam Doctor Genium nostræ vocationis, ac iustificationis negotium Deo tribuit. Quis est, qui te discernit? quid habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris? quasi non acceperis, 1. Corinth. 4. n. 7. Non sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. 2. Corinth. 3. num. 5. At verò Prophetæ cum clamarent ad populum, frequenter de voluntate videbantur facere mentionem. Conuertimini ad me & salui eritis. Ezechiel. 13. num. 11. Conuertimini, conuertini à vis vestris pessimis, & quare moriemini domus Israel. Ioel. 2. num. 13. Conuertimini ad Dominum Deum vestrum, quia benignus, & misericors est. Ionæ 3. num. 8. Conuertatur vir à via sua mala. Et similia aliis in locis. Voces D. Pauli, ac Prophetarum à Spiritu sancto dirigebantur: quomodo ergo hæc sic intonabant? Veritas certa, ac Catholica est, quòd ad hominis conuersionem necessaria est Dei gratia, ac simul nostræ voluntatis liber consensus. D. Paulus scribens Corinthiis, qui multum de sua scientia gloriabantur; totum nostræ salutis Dei gratiæ adscribit, ne ipsi Corinthij tanquam sapientes, ac sua scientia inflati sibi persuaderent, quòd ipsi Christianæ fidei mysteria auscultabant, illisque credebant, seque Christi discipulos publice fatebantur, hoc illis ex sua humana sapientia, ex sui ingenij perspicacia prouenire; inde Apostolus ad hanc superbiam reprimendam, ad Dei gratiam disertè vocationè refert. D. Chryost. Epist. 1. ad Corinth. cap. 4. homil. 12. Non sit, ait, oportet superbia efferris, quippe qui non ex te habes, sed à Deo accepisti. At verò Prophetæ ad populum prædicantes, cum Deus simul cum eorum prædicatione gratiæ impulsus infunderet, ad hominis arbitriū loquebatur. Conuertimini ad me. Vt declarata eorum obduratione, ac obstinatione fieret manifestum, quòd non per Deum, sed per ipsos peccatores stabat, quod in tot supplicia inciderent, ac in æternum damnarentur. Diuini prædicatores ad reprimendam iactantiam, Dei gratiam commemorant: vt verò peccatores suorum malorum causas ostendant, eorum voluntates arguant.

13.

1. Cor. 4.

2. Cor. 3.

Ezechiel. 13.

Ioel. 2.

Ionæ 3.

Chryost. 3.

Provt occasio exigit, Dei prædicatores dant doctrinam.

14.

Chryost.

Isaiæ 40.

Ioan. 1.